



~~C7874~~

Ud 5368

2^o



Brno 5368 22 (1-14)

PRONVBA

VIRTVS

ET FORTVNA

NVP TIALIBVS TÆDIS

MAGNIFICI ac GENEROSI DOMINI

D. PROCOPII

A LIPE

LIPSKI

MAGNIFICÆ ac GENEROSÆ DNÆ

ALEXANDRÆ

NIEZYCHOWSKA

Illustrior

Epithalamico plaufu

HONORATA.

A. R. D. PETRO STANISLAO BRVNO, S. T. A.

Anno desponsatæ Naturæ humanæ VERBO M. DCLXXXVII.

Posnaniz, In Typographia Rñdi D. Alberti Láktáski

*Ludovicus Prokopius
Benedictus Prokopius
Lange, Author*

A V I T V M
 INSIGNE MAGNIFICI AC GENEROSI D.
 PROCOPII LIPSKI



*Martia Belligeris radiant tria Culmina RASTRIS
 Victrices laurus RASTRA, rarisq; ferunt.*

*Somniet alter opes, amplasq; in reibus Vrbes.
 LIPSCIA, Saturni tempora, RASTRA, trahent*

*Tuta Tridente, Thetis, telis secura trifulcis
 Sydera, Sarmaticam, RASTRA thentur, humum.*

M 22736



M A G N I F I C O
 AC
 G E N E R O S O D O M I N O
 D. P R O C O P I O

A L I P E
 L I P S K I

Dño & PATRONO MVNIFICENTISSIMO
 felicitatem.

Solemnes Hymenæi, inter Proce-
 rum vota accipe plausus, MAGNIFICE ac
 GENEROSE DOMINE. Quodq; eo, virtuti &
 Fortunæ, semper inter Nuptiales maxime illu-
 stri tædas, seruiam apparatus, ne mirere: Inglo-
 rium nempe foret inter tot tantasq; gratulatio-
 nes, quæ solo vocis præteruolant sono, nihil in
 pagina secuturæ transmittere posteritati. Vni-
 cum dicendi hic argumentum est, tanti prospe-
 ritas connubij. Porro Maiorum etiam Vestro-
 rum in chartam depromo Nomina, vt vel inde
 Genialis festi pateat magnitudo. Retrahebat

qui

quidem, pronum in Vestra Domus elogia animum, sociati Majestas fæderis, reluctantem tamen, vltro, exiguitatis metu, in suas calamum laudes rapiebat. Iuere Tua olim merita, contra obliuionis prælium, sub prælum, quæ legentium animos, ad similia inuitabunt. Quanquam quod tenuis plura, non concluderit pagina, factorum magnitudo in culpa est; quæ Doctorum etiam torquet ingenia, angustata tamen, vel soli succumbere faciet Augusti Nominis decori, Parces dictionis breuitati, & exile Epithalamij genus, ad plurimos Hymenæi plausus non despicias. Nihil muneri meo decedat, cum Maiorem celebrem, quam efficere possim, & potius evehar, quam eveham Optimatem. Palmam itaque in Tuis reperiet palmis exiguus operosi affectus labor, & ut rotundiozem efficias panegyrim, si paruitati optatum addideris pondus, è voto est

MAGNIFICÆ ac GENEROSÆ DOMINATIONI TVÆ

Deuotissimi

P. S. B. S. T. A.



PANEGYRIS EPITHALAMICA.

Habent hoc fingulare, suprema Terræ Numina, vt vltra Principum Commercium Virorum, in sui consortium, Cælestes etiam inuident Genios. Vestris Magni Coniuges Nuptijs, applaudere cernimus instructas paranymphorum Catervas Deorum, & Socias pronubarum catenas Dearum. Primus se infert non postremum superum caput, Iuppiter, cui se sacra ta illustri Comitatu Sociavit Iuno. Sacer ergo esto dies; *Auspicio, Diis & Iunone secunda.* Neque vero abesse poterat (quod caput rei est) Genialis Festi Parens *Affidet & fertis tempora vinctus Hymen* Quasi parum esset ad pompæ Maiestatem, ad lætitiæ dignitatem; nisi Sacrorum Numina se se immiscerent. Nec se hic Fortuna suaque subtraxit Virtus, Geniales struunt tædas, cum pares Animæ maritali fædere coalescant. Miratur eo suas confluisse Chersonesus undas, Pactolus suam videt resplendere arenam. Quidquid demum opulenta possidet India, cumulata invidet. Est & Virtuti apud vos locus, cum nihil non virtutis agatur Domi vestra; nisi quod vltra virtutem esse prædicetur. Ergo Fortunæ & Virtuti præludimus vestra. Sic vos Magni Coniuges fortuna, quæ alias cæca est, apte Sociavit, vt infra felicitatis abesset terminos, si hic Maritus non huic Consorti, & hæc Consors non huic Marito Socias dedisset manus: inglorium scilicet foret, pares gerere animos, imparem autem ducere fortunam. *Credite sic: Vnus, & Amorum corda gubernat, amor*

A

Igitur

Igitur Compendio vestras perstringam Laudes Neosponsi; minus enim Oratorum queunt deludare ingenia, quam Vos agere valeatis. Loquentur olim sine fastu posteritatis fasti Magni Nominis Vestri Maiestatem.

*Genus
Magnifici
Sponsi*

Avitæ Maiorum ceræ Genialibus præluceant thalamis, & in laudis honores, Magni Generis veniat fama. Sera quondam miretur posteritas Sobolem, quam olim dabitis Patriæ, ex Insignibus progenitam esse, nec plus Nitoris è facibus Nuptialibus, quam stirpium splendore enitere. Grandes Animæ etiam Sepulchrales movent lapides, ut vel inde Earum pateat Magnitudo. Magnificus Neosponsus hoc Patre, his Avitis editus est, qui ut Orbem factis, ita libros gloria impleverunt. Effuso sanguine mercati sunt Nominis Maiestatem. Reipublicæ nati, Rempublicam tutati manu, consilio, auctoritate, Parens erat qualem nunc secula ferunt. Hucusque attonitus stupet eius in decidendis litibus æquitatem ambitus Terræ Califficæ nam

Ipsæ suam Minors; si litem Causa moveret

Mallet adire forum. Neque Ius divenditur auro

Fas neque. Iustitiam sine censu vera tuentur.

Non repit vester in Regno honor, sed volat, & per Summa munerum Fortunæ augem attingit. Sanctioris occupat subsellia Themidis, dignitates possidet, hæreditat Curules. Et Insulata cognatio in Tuos plausus caput erigit. In sacra hac purpura ostentant Græci Regna Lipsicum cuius

--- Facundia vocibus aures

Fulminat, atque animos ac aspera corda triumphat

Excludimus iam hic templis idola, quæ aurum duntaxat gravet, sensus vero destituat. Noverat enim optime quod Pulchro ligari fadere gestiant libri Tiara Polonam ita Consilio firmavit rem, ut quoties svadendum superesset, Divina ferme, velut de Apollinis Tripode eloquia haberentur. Rosas alij loquentur, ille aurum non verba fudit. Accesserunt eius Omnium Vota Consilio, quod non quæ sibi placerent, sed quæ omnibus, diceret. Meminisse eius quem pigeat. nam

Gum

cum loqueretur, hoc vel maxime timebatur, ne loqui desineret.

Nec Tuum hic præterire decuit Germanum Fratrem, cui hodie Gnesnenses Suffragantur fasces, ita ut in augustæ Archipræsuleo Gnesnæ Capitulo grande emineat Caput. Nefas certe putarem, cum omnes in Tuæ pompæ gloriæ conspirent, eum ab innati honoris fama exclusum remanere. At quorsum ingens Majorum Tuorum texitur numerus, quos Solo tantum satis silentio (quod Maximis proprium est) possumus venerari.

Quamquam & humiliorum felicitas est, ex se nasci, summorum dotale munus, à Magnis traxisse Originem, iungi paribus. Te Magne Lipski post avita Parentis decora, pari luce Maternus sequitur splendor. Ultra Nativum Domus splendorem, Bellona Te genuit Orbi Fortem Virum, & suam à Claris traxit Originem Heroibus.

Non imbellem Feroces

Progenerant Aquila columbam.

Tu Maioribus Tuis sola ætate minor, quorum heroicum es compendium, & viua omnium Imago. A Majoribus oriuntur Maximi sicque

Materies commendat opus nasque supremos

De summis Natura iubet

Si Herculeam prope prædicare res est fortitudinem, Martis procul dubio diceris filius, nam tot & tantis interfuisti Expeditionibus, ubi spirabas heroicum semper spiritum. Didicit non semel cæca Barbarorum rabies, quantum Lipsicorum valeat dextra. Satis enim ad triumphum fuerat Te in hosticum descendisse, venisti, & vicisti. Reptasti per scuta puer, ibas intrepidus per medios hostes Mortis contemptor; quasi mori infra Tuam esset Magnitudinem. Hic etiam cum facundioribus Tullijs.

Dicere difficile est, quid tum egeris illic.

Quotque neci dederis, quosve quibusve modis

Ense tuo stratos calcabas Victor acervos

Impositoque Getos sub pede multas erat.

Videbaris

*Bellicæ
Sponsi
Expeditiones.*

Videbaris etiam ante tempus inchoaturus immortalitatem, aut occasu illustraturus Orientem, quem suus excæcârat furor. At Te fata Patriæ, ac pluribus seruarunt trophæis, cum inter mille Martis Mortis que discrimina, non tam de te, quam de nobis timeremus. Docta Marti non cedit locum Pallas, quæ Te suam enutriuit Prolem. Facundiam Tuam Civilem probavit stupetque Patria, quam toties tam in privatis, quam publicis ponderavit senatus consilijs. Hercules Gallicus fingitur quondam aureis Eloquentiæ catenis in suam Principes traxisse sententiam, Tu felicitior es, cum tantum innuas, illico conclusum habeatur. Verbo dicam, & Marte, & Arte plurimum in Polonia vales Republica.

Genus Magnificæ sponsæ Tuas etiam Neosponsa Laudes expediam, cuncta enim ad calcem reuocare, & tot Maiores parva concludere pagina, imperuim est. Ne tamen ingentes datura posteros, ingentium oblita Avorum, & Paterni Nominis vivat, Primus se offert ad magnæ Filiz decora Petrus Niezychowski, cui tantum splendoris venit e propria virtute, quantum ex Patrijs insignibus & avito Nomine. Virtutes hic & animi Maiestatem non celebros, meminisse tantum iuvabit, quanta animi dexteritate, grassantem igne & ferro svericum non impari ferro profligaverit hostem. Vidisses qui solus in struclas parua manu fallaces fugaverit phalanges. Si per cæterorum cognomenta abiret recordatio, Maximos proferret quoscunque Niezychowsios. Neminem enim proiecit ignavia, neminem destituit vera Magnitudo, neminem obliuio sepeliuit. Grande nefas crederetur tanto nomine censerî, nisi quem paria Instituerent facinora; quasi prior si Virtus in hac Domino, quam Natura.

E Drozdosciorum quoque Domo veluti dotalis huc desluit gloria

Nimirum Magnæ Coniugis Mater, Drozdosciorum Sanguis est, proinde cum alto Sanguine, & nomen sublime, & non repentes humi deducit titulos. Domus hæc titulis augusta, virtutibus florens, anti-

quitate

quitate est memoranda. Matrem nacta es, in qua nihil non virile, præter sexum, ad Curules, ad fasces, sola ire vetuit naturæ invidia. Nec Tuam filere licet gloriam Stanislae Drozdowski, Tibi hoc innatum est, ut plus patrare possis, quam Oratores perorare. Desu dabunt olim & præla & Doctorum ingenia in tanti nominis Maiestate. Liberalitas Tua præclara est, & quasi plus dare possis, quam Clientum valeant capere manus. Hinc Tibi nulla proles, ut vel ideo ampliorem benefaciendi haberes campum, & tot filios, quot Tua gratia uiuentes numerares.

Quanquam Tuæ Venustatis huc me rapiunt leuocinia fortunata Neosponsa, attonitus hæreo formam vultus, uigorem oculorum, supercilij dignitatem, & reliqua Corporis decora celebrando; quasi Tibi infra fortunam esset, nasci non elegantem. Telicet venusta composuerit Pulcheria, licet mille lepores ministraverit Pandora, licet mille gratiæ completerint vultum, & ipse Phæbus oculum accenderit, elegantiam cesserit Diana, & si cuncta Ori insederit venustas, adeoque ut iudicio Deorum, aureum formam promeritum Tibi Pulcherrimæ dari necesse sit pomum.

Si Tibi cunctarum certaret forma Dearum

Tunc Dea de cunctis nulla, vel una foret

Tunc Iuno ieiuna foret, tunc pallida Pallas

Inque venusta Venus, Tu Dea Sola foret

Quia tamen Naturæ Munificentiam laudat, qui in formæ laudes multus desudat, id circo Maximum sit Alexandra Encomium, quod formam eximia onerent virtutes & exornent. Assurgit in altum Generis Maiestate, iam Fortunæ radijs inardescit, iam à mille paranympis in Socialem exaubitur vitam, & post hæc ambitionis irritamenta Modestissima est. Sed & Modestæ comes est Verecundia & pudor, quo genas animumque instruxit integerrima Virago. Formosius enim decorat Viragines sanguis, quo vultum depingit pudicitia, quam quo Martis Animæ commaculare manus didicerunt. Animi candor in vultu se miscet cum rubore, & errante per ora sanguine, integritas contra li-

Dotes Magnificæ Sponsæ.

B

centiam

centiam munitur. Reliqua virtutis ornamenta, quæ
luce digna Magna patravit Confort, olim noscenda
proponet, atque explicabit Fortuna. Subscribimus Tuæ
vota fortunæ vir fortunatissime, quod hæc Vxor in de-
cus magnum, & gloriam cedit Tuam. Nec Te decuit,
nec potuisti alteri Socias dare manus Mars Polone,
nisi aut Bellonæ, aut aut Alexandræ. Porro amicam
non aurum in consortium ducis, non vos quæsitæ am-
bitio fortunæ, sed mutuus iungit amor Hæc è voto Or-
atoris fudit. Calamus, lætior etiam applaudit Apollo.

Dij quibus est moris, paranympbas iungere mentes,
Et thalami servare fidem: Vos dicite tandem
Quo stetit ingenio, tam pulchri fœderis ordo,
Festag nuptorum seriè, consortia fecit.
An demum Cadmo felix concordia nubit?
Commovet an formosa Deum Pandora senatum?
Muneribus votisq; simul certare paratim
Flammigerum iungit sibi, num Berecynthia Phæbum?
Iamq; suos ornare tholos, plaususq; vocare
Per mare, per terras, per tot vastissima cali
Regna volunt (tanti faciebant Numina tædas)
At procul hinc cedat consilii fabula nexûs.
Est melior, maiorq; fides, quam instaurat amoris
Procopij festivus Hymen. Nil gratius unquam
Quam talem luxisse diem, qui casta duorum
Coniugia accendens, iubet; ut pietasq; decorq;
Ipsa thoros & sacra parent. Audite Penates
Patritij! Vestras hodie sors incolet ades.
Ad vestros, lovis ille puer, festinat honores,
Intra vos, nec blandus amor, nec gratia cessat.
Huc cantus, totidemq; ioci, radiantia vultu.
Numina conveniunt, Cytharis præludit Apollo,
Musarumq; chorus, veros modulamine plausus
Absolvit Crescentisq; rotat fortuna choreas
Ista decent, debentq; novos ornare Maritos,
Non alios celebrare libet, quos rara videre
Lux poterit. Sociant binas virtute coronas,
Perpetuoq; sibi fortunas fœdere nectunt.

fascibus

Fascibus insignes, & avito stemmate fultæ
Convenere domus. hic, qui lectissimus orbi
Sanguis erat Lechico, thalamo coniungitur uno.
Provideat, nil alter habet, nil altera. Tantum
Profuit invenisse parem
Ergo tuas Hymenæe faces, tu Gloria flores
Collige, tuq; immortalæ concordia Daphnim,
In geminas merito pro vertice flecte coronas
Flammæ accendat Dea nigris obsita pennis,
Lumina per Patrium hæcchans suspendat Olympum.
Tecta Palatino rutilent, spirentq; sub auro
Quod dabit æthra favens: nec tantum ad Palladis ortum
Sombre cadat simili: hic etiam cognata Minerva
Ingenio crescit Postes obducere Myrto
Hic Dryades, Nymphæq; velint, & Faunus ab alto
Consurgens nemore in vastis palmosa canistris
Conservet gelidis, hoc tempore, sceptrâ fenestris.
Huc lucus mittat fragrantia thura, sabais
Sidonioq; gravis tellus arrideat ostro.
Usq; pharetrati thalamos ornate puelli,
Nil quoq; pro tanta quod nobilitate decoris,
Nomina submitunt, lectis dimittite vobis
Ædificetur apex, sponsorum nomine dignus
Et pariter graubus meritis cumulatus Avorum.
Illic exuvias Thracum, quas Austria nuper
Procopij defensa manu, quas Turca peremptus,
Reddidit, & Scythicos arcus, vittasque Geloni
Ponite. Sarmaticisq; semel gaudete catenis,
Quas nunquam victus, pro libertate ferebat,
Cum duxit se velle pati, ne Patria multis
Pressa malis, paucos iam dicat habere Patronos:
Vnus erat miser, ut Patriæ socijsq; quietem
Adderet, id melius certè non Scævola fecit
Turritamq; dolens, nec qui Babylona recepit.
Hæc vos tum firmate tholo, tum pingite lecto.
Ut proprium noscat spolijs in imagine vultum
Utque sciat quantis ducat Majoribus ortum,
Nobilitas quem prisca tulit. Tunc culmine Patris

Encomium
Magnifici
Sponsi

Æqua

Encomium *Aequa Themis sedeat, quam Iudicis, ipsa fovebant*
Perillustris *Jura Polonorum, celebrat quæ Profna sonoris*
Iudicis Cal- *Fluctibus. Hinc medium teneat, quem Cracia tellus*

liff: *Norvit Pontificem, qui post sua fata superstes*
Encomium *illmi & Vivit adhuc, ditans facundo Nomen honore*
Rdñmi An- *LIPSCII. Per latera accedant lucente curuli*
drea Lipski *Quos consanguineos fecerunt Nomina Fratres*

Crac: Epi: *Germanus veniat primum, quem Gnesna supremia*
Encomium *Servat honoribus, in quem, iam fortuna favores*
Perillustr: *Mille daret pridem, nolletq; modestia donum.*

& Reverē *Et reliquos locus ipse colat, Manibusque ministris*
Archiepisc: *Exornet magnum posito cum stemmate nomen*
Gnesn: *Plurima sic niteant tanti ornamenta Mariti.*

Nunc Sponsæ titulos medijs inferre theatris
Cum spolijs Lipsicij numerare trophaea Parentis
ALEXANDRA sui, debet, quæ plena triumphi
Nomine, Maiores ab Aus, Atausq; decores
Ducit. In his semper cum Niezychowscia Regnis

Encomium *Clara Domus fuerit, victrici nata Gradivo,*
Magnifici *Hanc gelidus timuit Dacus, sensere Sueti*
Petri Nie- *Quos Petrus NIEZYCHOWSKI sibi sanguine iunctis*
zychowski *Nobilium turmis, procul hinc à limite nostro*

Depulit, & propriam docuit vix visere terram.
Hæc Natæ sunt dona Patris, quæ nomina complent
Quodq; pares veniant hodierna ad fœdera Sponsæ
Amborum meritis factum.

Sic thalamus, sic tota domus, solennibus aucta
Tum titulis, meritisq; Patrum, paribusq; triumphis
Sponsorum, quos non Hymeneo præstat amore!

Encomium *Hanc cernit, tantum faciem decus ornat, ut illam*
Magnificæ *Miretur non esse Deam. Niueis permista rubore*
Sponsæ *Ludit forma genis, oculi pupilla sereni*

Gemmata fulget solio, frontis inclyta surgit
Aurato variante comam crispantemq; vincolo
His tamen est maius, dum pietas, flamma pudoris
Excubat ante genas, Quem speculatus honorem
Sic Hymenaus ait, post tantos Virgo decores

Hunc

Hunc Sponsum, Regnum poteras hoc ore mereri
Hic virtutis honor, pudibunda hæc gloria forma.
Nec minor in Sponso. Meruit nam Sponsa Maritum
Et similem & virtute parem cerisq; vetustis

At Vos, in quorum hæc peraguntur limine, festum
Jam complete diem, primum Tu Mater ab ipso
Numine concessam Natæ dispone coronam

Voti: Et Tu merito quem noleat Sponsa Parentem
Adde Tuis Animos, plausus sodalibus auge
Vestris Auspicijs Sponsorum fœdera crescant.

ET hæc sunt, quibus Vestra Magni Coniuges fortunæ, ac Virtuti fudimus elogia, Nostræ etiam tantisper applaudendum felicitati duximus. Commune nimirum Vobiscum aliquid habemus, & quæ Vobis favent auspicia, in nostram redundant prosperitatem. Non irrita credite inter applaudentium vota, circumferuntur omnia, Natos quotquot gignetis in subsidium Polonæ rei exaptatum venient omnes, quos ita expectare, quam spectare videmur. Felici partu altam nobis spem prius gignetis, quam prolem. Hinc & nostræ arridemus fortunæ, & Regni exoptamus felicitatem. Augustis faueant superi Hymenæis, & vos Neosponsi beatæ sortis exornet constantia. Nec tamen id consultius votum est; quasi à prudentia vestra poscat unquam diuortium fortuna, quam in manu pænè Captivam tenet. Nestoreis cumulate fortunis annos, & annis fortunas, ut eadem Vobis sint, & diu vivere, & fortunate. Tot numerate prosperi secula temporis, quot avitum indicat stemma. Colliges hoc Insigni Tuo optatæ Manipulos gloriæ Magne Coniux, quos Tu non minor Consors, Gentilitijs Majorum colligatos Fascijs æternitati in Patrij conservationem Decoris congregabis. Perennabit, in hac inaugurationis die, PRONVBA VIRTUS &


G

FOR.

FORTVNA, certe illustrior, non tam è nuptiali
 um splendore tædarum, quam illustrium rectefacto-
 rum nitore, Inchoatos itidem perage plausus Calæ-
 me, & quod tuo facundia abfuerit stylo, minime,
 formides; facilius enim parrantur laudanda,
 quam patrata, facundâ celebrentur laude.
 Nempe illustria Magni momenti facta,
 plurimas in Elogia deposcunt æta-
 tes, quæ secutura perorent secu-
 la sufficit ergo, facundâ con-
 cludere taciturnitate,
 quæ in chartâ effudi
 vota & applausus.



L O W Y
NA HERBOWNEGO ZVBRA
Weselnemu Aktowi
ICH MOSCIOW
PROKOPA LIPSKIEGO
ALEXANDRY NIEZYCHO-
WSKIEY
WYSTAWIONE.
Roku Pańskiego. 1687.



*Die Jagd auf den Wappen-Queroth
 bei dem Hochzeit-Act ihrer Herrlichkeiten
 des Prokop Lipski und der
 Alexandra Niezychowska
 dargestellt.
 J. D. H. 1687.*


FORTVNA, certe illustrior, non tam è nuptiali
 um splendore tædarum, quam illustrium rectefacto
 rum nitore, Inchoatos itidem perage plausus Calae
 me, & quod tuo facundia abfuerit stylo, minime,
 formides; facilius enim parrantur laudanda,
 quam patrata, facundâ celebrentur laude.
 Nempe illustria Magni momenti facta,
 plurimas in Elogia deposcunt æta
 tes, quæ secutura perorent secu
 la sufficit ergo, facundâ con
 cludere taciturnitate,
 quæ in chartâ effudi
 vota & applausus.



This page contains a faint, handwritten note on a separate piece of paper pasted onto the left page. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through from the reverse side, but appears to contain the name 'Prokop Lipski' and the year '1687'.



L O W Y
NA HERBOWNEGO ZVBRA
Weselnemu Aktowi
ICH MOSCIOU
PROKOPA LIPSKIEGO
ALEXANDRY NIEZYCHO-
WSKIEY
WYSTAWIONE.
Roku Pańskiego. 1687.



Oczyſty Kleynot Jch Moſćiow
PP. NIEZYCHOWSKICH



1.
Juszym zawsze, dziś sobie, ta GŁOWA dodała
Rády, gdy Przyaciela do siebie przybrała.

2.
RĘKA tu MIECZEM, druga, wyświadcza Bellona
Dożywniey przyiáźni zwiázkim zabáwiona.

3.
Czemu nie iako przedtym, przy Głowie zostaie
Pierścien, bo go dziś w Lipskich Dom za prezent daie.

STAROZYTNY KLEYNOT ICHMOSCIOW
PP. NIEZYCHOWSKICH,
Muzá Oczyſta głoſi.

Złotym wſpienione nurtem, albo więc perłowym
Sute bogáto gradem, choć y dyámentowym
Oſtre kámieniem skárby, niech ſtu ięzykámí
ledni Narodow ſławia; Niech z Arcádesami,
Drudzy, ſwá párentelę, nád Xiężyc wynoſza
Trzeci mi ſię z Ajaxem w Marſá boiu głoſza, (wá
ICHMOſćIOW NIEZYCHOWSKICH ſłodko brzmiáca ſłá-
Tym wſzytkim, w oczách ſwiátá, ſamá w kroku ſtawá
Gdy HERBOWNÁ, ná prezent Niebu, wnoſi GŁOWĘ
Swoich Fortun, y czynow Rycerſkich oſnowę
Iáko ſiodmogorny Rzym kaſztelu głownego
Procederom, oſádził, iż z áffektu ſwego (ły
Fortuná z przyiac będzie gdy w wnętrznóſćiach ſká
ſławney ſię deſpozytá głowy znaleſć dáły.
Tak y wam NIEZYCHOWſcy wiekowác przychodzi,
Izli mię Phæbuſowa kortyná nie zwodzi,
Iz fundamentem tego ZVBROWA zóſtaie
Domu na zawsze GŁOWA. A w tym Pallas káie
Groźnemu w poſrzod Nieba, ogniem Iowiſzowi
Mazá złe, w złotolitych togách Senatowi, (GŁOWIE
Ze wprzod nie w NIEZYCHOWSKICH, lecz Iowiſza
Swá złożyła kolebkę, iey žal kto wypowie.
W tym rzuciwſzy choragiew, Izámi ſię záleie
Iáko podcięty Nárcis, bez pámięci mdleie,
Otrzewiá iá Boginie, oná zbierze ſiły
Oſtátnie, y ták rzecze: bodayze mogiły
Mnie dawno iuż pokryły, gdy ſię nie doſtáło
Linia ſwá prowadzić (dármo! iuż ſię ſtáło)
ZHERBOWNEGO POMIANU. Więć áby ſłuchayćie
Niech ſię tym áby ciefzę, žal moy wważayćie.

Iest dána NIEZYCHOWSKIM, za Oyczysty, GŁOWA
Kleynot, bo madrość wszystkim wrodzona, y mowá
Tuliuszã przechodzi, á Rycerskie koło
Wotuiac iednostáynie, stawia iã náczoło
Sámi Apollinowi w Delfách nieklániaia
NIEZYCHOWSCY, bo nie czczą, GŁOWĘ domá máia
Zwycięzkie náwet Laury, skroni niekrępiã
Zmieścić się tu niemogac; do tego wymuiã
Wolności złotcy cenie. Wszystkã przyczerniona,
Bellony tumanámi, każda czolá strona
Od Cudzoziemskich kráiw słońcá, ogorzáła
Lub nieprzyiáznym Polzeczce pogrzebem się stálá.
sámę tu widzieć GŁOWĘ, á dáley mężnego
Bystro nie zoczyysz ZVBRA, zyczliwy chętniego
Wydał affekt, y żywa do vslug ochota
GŁOWĘ Senat zadržymał, á Rycerska cnotá
Obciążywszy łupámi ná tryumf prowadzi
Zá cáłość swey Oyczyzny choć trupem páść rádzi.
Ná Chełmie RĘKA zbroyna, która bułat strzeze,
Nie raz krwiã zfarbowány, od Marsa dánek bierze,
Ze tu ná ALEXANDRACH, w tym Domu nie schodzi,
Ktorem nieraz záwile, w Oyczyznie, przychodzi
Rozcinác Gordiuszã węzły, zyczac sobie
Trupem cáła Thracya wiedyney osobie
Iednym cięciem položyc. Ma ramię do tego
Ktore z Atlasem wspiera Tronu Sármackiego
Stymę Iedná wydoła ręká fortelowi
Temu, poniewasz druga, chcec Mácedonowi
Pokazác Páński Humor, y srebrná podbiia
Kopia swych áffekty; samych tylko miia (WEY
Nie zyczliwych Oyczyznie. Przy GŁOWIE ZVBRÓ-
Żywa śmierciã thnacy miecz (co zá sekret nowy)
Znowu oczy przeraża? Corę pokazuie
ICH Mościow NIEZYCHOWSKICH, rzeczã być miãnuie

Imie.

Imieniem ALEXANDRE Tákiey Heroiny
Wielkich LIPSKICH Potomku, Zięskie te kráiny
Nigdzieć by nie zoczyły. Wiśiał Cyrkvł ZEOTY
Zpoczatku v tey GŁOWY? Lecz Miłosć zochoty
W Dom zacny NIEZYCHOWSKICH, y świetne podwoie
Wyboczywszy ná chwilę, splendece y zbroie
Pominawszy, Herbowná gdy GŁOWĘ zoczyłá
Zárázem w ALAXANDRY affekty wkroczyłá
J PROKOPA LIPSKIEGO, Cyrkvł POMIANOWI
Biorac, rzekłá: iuż niechay Cyrkvł PROKOPOWI
Będzie odtad pierścieniem, á moicy Pándorze (rze
ALEXANDRZE, niech wieńcem, NIEZYCHOWSKICH CO.
Cyrkvł się kończyć nieda, więc niechay wiekuie
Młode PANSTWO w áffektách, á zgodá cukruie
Złote Miłosći więzy. Skończyłá uczona
W tym Pállas votum swoie, á Bogow koroná
Dyamentem swoy Dekret terminowác dáła
By GŁOWA NIEZYCHOWSKICH ná Niebie iásniálá.

Przymioty Jmościey Pánni,
ALEXANDRY NIEZYCHOWSKIEY

Gdy łowámi ztrudzona / swe nurzáła stronie
Czolo Bogin Dyánná / świadkiem Aktro nie
Jestes / swoiey dwornosci / y smutney odmiány
Zal sie Boze! od własnych chártoz rozhárpány.
Gdys sercu wygádzaiac / á w Pánienskim cieie
Chcac sie cnoćie przypátrzyć / poyrzal ná nie śmieie
Zwycięza Alexándra swa grzechnościã liczná
Ktora z rzeniec neći / te Dyánnie śliczná /
Pobożney skromność Wendy / á rozsadek Bony
Rycerskie Amazonek / serce do obrony
Wolno každemu widzieć. Napátrzyć sie dáie
Na czele Thessalia / á flora wydaie
Wiosne żywa ná twarzy / dyamenty oczy /
Koral usta / wtych każdy: Oyczyzne obaczy

Wdzię

Wdzięcznych żartow / Ktore wiecnet a temperuje
Kozany wstydy / rozsądkiem y soba cufkuje.
Juz niedziw zenie dādza widziec sie Boginie
Cetowac znia niemoga / Ktozey Jmie Nynie
Jgłosi Muza moia Wiec przez ztad Syreny /
Augusty / Pulcherye / z gladkoscia Kameny.

Záslubienie Jch Mościow
PROKOPA LIPSKIEGO
ALEXANDRY NIEZY-
CHOWSKIEY.

Wielki Prādziadow Synu ^{Wnyku} coronnego Kiego
Kancelerzā y Kiszeciā w Siewierzu Lip
Oraz ty Alexandro pieżzonych Dam czelo
Jedno wrody cudo / Ktozema swiat wtoło
Przemienicie z seba serce / zartezcy wrozności
Affekty / poprzysięgo te lige Miłości
Zygliwe Niebā / Dodoneyście buki
Wrecompense Miłości / pul pierścienie kudi
Pozwola wybudowac. A reka zygliwa
Ten napis wyrysuje: Oshlych miłosciwa
Serc ochlodo tryumfuy / swiatā Monarchini
Affektow ziednoczonych dziedzična Bogini
Pānuy w Młodego Państwa zacetey Bzestliwie (Dzie
Przyiāzni: Niechayci Zubr Niezychawskich w pes
Ofiara / Lipskich Grabie. wiecznym betlem bedzie.
Wyday dzis swooy ordynans / by tā piekna Dama
Mādrych w Dyczynie Synow byla Mātka
sāma.



wey

132

Plant

Hist. Polon.
6. 1710.

23

